

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 1: De peccatis Caput 3: De ira (14)

Idem (Gregorius):

Plerumque ira per silentium inter mentem clausa vehementius estuant,  
et clamoras tacitas voces formant,  
ac verba ut si quilibet exasperetur obicit,  
et quasi in acuto examine posita durius exasperata respondet.

Sicque fit ut perturbatus animus maiorem strepitum sui silentii sentiat,  
eumque gravius clause ire flamma consumat.  
Unde bene quidam sapiens dixit:  
Cogitationes iracunde vipereae sunt generationes,  
que in ventre posite comedunt matrem.

Plerumque ira per silentium clausa intra mentem uehementius aestuat  
et clamoras tacita uoces format;  
uerba sibi quibus exasperetur obicit,  
et quasi in causae examine posita durius exasperata respondet;  
quod Salomon breuiter insinuat dicens: *Praestolatio impiorum furor.*  
Sicque fit ut perturbatus animus maiorem strepitum sui silentii sentiat,  
eumque grauius clause irae flamma consumat.  
Vnde bene ante nos quidam sapiens dixit:  
Cogitationes iracundi uipereae sunt generationes,  
mentem comedunt matrem suam.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 5.45  
(CCSL 143, M. Adriaen ed., pp.277-8, ll.70-78).